

Disseminationes hoc volumine contentae.

1. Geminae quaestiones in iure publico et in re libera tractatae quas praesentavit Petro Leopoldo. S. N. D. examinandas proposuit Andr. Petrus Wolffm. Regiomont. Franc. Jenae.
2. Juris aliquot emendata, quas praesentavit Heinnico Bocero Sr. pro Doctoratibus in utroque iure in iuris publicis disputationibus subiecit Georgio Wolfgango Hilbornmanno, Neuwirg. Palatinus Tubingae.
3. Propositiones Juris publici quas publice discutendas proposuit Christophorus Treibisig S. N. D. Resp. Conrado Casp. Bovio, Wittenberg. Lipsiae.
4. Dissertatio ad tit. 5. et 6. libri 2. ff. quam praesentavit Christophoro Bezdlo Sr. discutendam proposuit Burkhardus Ehinger Tubingae.
5. Diss. de Jure Naturae praesentavit Johanne Gypsiandro S. N. D. defensa a Georgio von Broy, Akenburg. Tuberae Fr. Jenae.
6. Diss. de necessitate defensionis praesentavit Heinnico Bocero Sr. proposita a Daniele Rantow. Tubingae.
7. Conclusiones de Jurisdictione quas eodem praesentavit Dominico Jure in iure insignium sequendorum causa publicis censuris subiecit Johannes Georgius Halbitter. ibid.
8. Assertionem legales de transactione quas praesentavit Petro Theodoro S. N. D. pro gradu Doctoratus in utroque iure sequendo discutendas proposuit M. Georgius dist. Lips. Jenae.
9. Diss. de transactionibus praesentavit Johanne Harprecht Sr. pro summo in utroque iure gradu sequendo publicis examini submissa a Georgio Langen. ibid. Tubingae.

A.A.C.

44

POLITICO-JURIDICAM

*hanc Dissertationem,*

DE ARCANIS RERVM  
PUBLICARUM, ET PRINCIPUM  
INTER IPSOS DIGNITA-  
tis Prærogativâ:

PRÆSIDÈ

Dn. CHRISTOPHO-  
RO BESOLDO, IC. ET  
IN ACADEMIA TUBINGENSI  
ANTECESSORE;

*Suis Nobilissimis & Præstantissimis*  
*Dnn. Collegis,*

AD DIEM XX. JULII,

*Discutiendam proponit*

Daniel Ranbow / Eques Holsatus.



Cic. Verr.

*Civis est is, qui Patriam suam diligit, ac Bonos omnes  
salvos, incolumesq; desiderat.*

M. D C. X I V.



S E R E N I S S I M I R E-  
G I S D A N I A E, &c. M A R E S C A L L O,  
*Viro Magnifico, Strenuo, Nobilissimo,  
bellicisq; virtutibus maximè  
Conspicuo;*

Dn. D E T H L E V O  
R A N T Z O V I O, H E R E-  
D I T A R I O I N P a n c e r / r e. A G N A T O  
& Avunculo suo æternùm su-  
spiciendo:


*Affectus & officii debiti gratiã, Disputationem  
hanc inscribit, ipsiusq; favori se  
commendat*

Respondens.

I.  
Iuridico-Politica Dis-  
sertatio,

DE ARCANIS RERUM  
PUBLICARUM, ET PRINCIPUM  
INTER IPSOS DIGNITATIS  
Prærogativâ:

I.



NON SOLUM SUBDITI, RELI-  
gione, Educatione, Legibus, aliisq; similib. mediis  
ad Politicam deducendi sunt Felicitatem: sed &  
Majestas Imperii, Salutis cum sit tutela; ideò sta-  
tum formamq; Reipubl. mediis quibusdam tueri  
debet is qui imperat. quæ Arcana Reipubl. vel secreta Imperii  
communiter vocantur; & quæ Aristot. 5. polit. 8. τῶν πολιτικῶν  
σφισμαλα, alibi κρύφια, item καλασκαδασμαλα, appellat. (vid.  
Conr. Zerneman. in Laboribus Jul. Caesaris. num. 214.) ab Arnol-  
do Clapmario prudentissimo juvene, primùm ordine digesta:  
quem tamen pleraque Waremundi ab Erenberg, seu Eberhardi  
à Weihe sibi vendicare, idem in tract. de subsidiis. c. 7. num. 31.  
notat: sed multis vix persuadet.

2. Arcana Reipubl. cum Clapmario, 1. cap. 4. sic definitio;  
esse intimas & occultas rationes, sive consilia eorum, qui in Re-  
publ. Principatum obtinent, cum ipsorum tranquillitatis, tum  
etiam presentis Reipubl. Status conservandi: & ferè boni publi-  
ci causâ.

3. Subtiliter hæc Arcana distinguit Clapmarius, 1. cap. 8. in  
Arcana Reipub. nempe quæ spectant ad presentem Reip. formam,  
atque speciem conservandam: & Arcana Dominationis; perti-

## 2 *Dissertatio Juridico-Politica, De Arcanis*

*mentia ad securitatem eorum, qui Principem locum obtinent in Civitate.*

4. *Arcana Imperii, cum Majestatis seu Imperii juribus confundenda sunt minimè. Etenim Arcana hæc, nihil aliud sunt, quàm abstruse artes, per quas à jure Imperii, atque ab ipsâ Dominatione, homines seditiosi prohibentur. Clapmar. 1. cap. 9.*

5. *Arcana ejusmodi rationes, ut interdum non sunt negligenda; ita earum haut prima habenda est ratio: cùm nullum majus arcanum sit, quàm justè Imperare, & Deum non offendere. arg. Proverb. 18. vid. Nicol. Betsium, tract. d. pact. famil. folio 747*

Arcana talia, Biblicæ historiæ suggerunt quoque. Sic David, non occidit Joabum multipliciter mortis reum; sed Filio in Testamento, ut id faceret præcepit, &c. Navigandum interdum est non navigatione primâ, seu primùm optanda; sed secundâ, seu secundo loco expetenda. 3. pol. 9. ubi Sepulveda. Sic dolus aliquis est bonus, l. i. §. 2. ff. d. dolo. & ut Plautus ait:

*Versipellem frugi convenit esse hominem,  
Pectus cui sapit, Bonus sit Bonis.*

Regum asperat mores Populus, aut mitigat; & eos etiam arcanis artibus uti cogit. Interim tamen certissimum existit, media ejusmodi, nihil proficere ad conservationem Rerum publicarum: nisi bono fine, summâque urgente necessitate usurpentur. Deus enim, qui Regna constituit, eorum etiam continendorum rationes justas & legitimas, contra incommoda, quæ homines quandoque malis etiam artibus, propter majus bonum tollenda existimant, novit; & tempore opportuno subministrare solet. Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram. Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Psalm. 36. v. 3. &c. Unicum sufficiat exemplum Achitophelis, acutissimi Politici, & cujus consilia ita erant, ac si quis Divinum consuleret Oraculum: cujus tamen prudentiam callidior aliquis elusit. Tales exitus habere solent humana consilia, Rerum publicarum, quæ nimis callidæ abstractæque rationes.

6. *Omne*

Rerumpub. & Princip. inter ipsos Prærogat. 3

6. Omne Imperium, omnemq; Reipublicæ Formam, validissimo munimento tuetur Auctoritas eorum, penes quos summum est Imperium: quæ describitur, tum Subditorum, tum exterorum, de celsitudine Imperantium præclara existimatio, ejusque veneratio. Quemadmodum Medicus cui fudit agrotus, felicius quam alius curat. Galeott. Martius, doctr. promisc. cap. 15. ita præclara de Imperio existimatio, multa efficit, & plura nunquam, quam arma. Certissima hæc est Imperii, & Salutis publicæ tutela: quæ nihil adversus odium & contemptum, capitales gubernationis pestes, quæ contumaciam & defectionem trahere solent, potentiùs. Kirchner. disputat. Candidator. ordin. 5. thes. 3. & idem disput. d. Republ. 20. thes. 1. a. ubi tamen Auctoritatem unius tantum Imperio, male attribuere videtur.

7. Auctoritatem hanc conciliant Virtutes moderatrices; Pietas, Justitia, Prudentia, naturâ & usu acquisita, Fortitudo, Liberalitas, Temperantia, Clementia severitate temperata: constans Imperii forma, diligens & uno tenore fluens, mutationum crebrarum experta: arma, boni & fideles Consilarii, fœdera vicina. Kirchner. disput. 20. §. 2. Hænon. disput. pol. 3. §. 52. &c. Semper autem Davidicum illud, animo infixum hæreat: Deus effundit contemptum super Principes. Psalm. 107. 2. Samuel. 16. Job. 12. Reputatio & existimatio, eo est modo acquirenda, quo suam tuetur Deus Optimus Maxumus; magnâ Justitiâ, & maxumâ clementiâ. vid. Joh. Gerhard. cent. quæst. polit. dec. 3. quæst. 3.

Non quærere, vel captare debet Princeps vanam Reputacionem, solo in externo subsistentem splendore, nullo durabili innitentem fulcro; sed vera potiùs Politiarum fundamenta evertentem: Ærarium nempe quæ exhaurit, & Subditorum evacuat amorem. II. Turcarum Rex auctoritatem sibi conciliat, Turbasque & motus præcavet; dum curat, Justitia ut administretur, & Annonæ nullo unquam tempore caritas ne oriatur. Renat. d. Lusingâ, d. increm. Imper. 2. c. 4. num. 2.

8. *Secundum generale Imperii cujuslibet munimentum est, amor Subditorum. Et ea demum Respublica fortissima censetur, ubi Princeps, vel Imperantes, à Civibus amantur. vid. Senec. i. declam. 3. Nullum quippè Imperium, tutum est; nisi benevolentiam munitum, ut in Dione ait Aem. Probus. Nemoq; se alterius Dominum per violentiam nominare potest. Perez, in Aphorism. fol. 246.*

Multum Imperando, plus amando Rex potest: amor & obedientia fratres sunt germani. Anton. Perez. fol. 21. num. 105. Metus & odium inseparabilia censentur. Perez. fol. 329. aphor. 389. Nemo potest esse fidus ei, quem timet, vetus est versus. Malè veneratio terrore acquiritur; longeque valentior est amor ad obtinendum quod velis, quam timor. Plinius. 8. Epistol. Et ea demum felix est Regis fortuna; si timeant Subditi, non eum, sed pro eo: quod Bias olim dixit. vid. Scip. Amirato, Discurs. libr. 15. cap. 7. & libr. 17. cap. 5. Etenim quem omnes oderunt, hic singulos ut metuat est necesse. ac ut ait Dionys. Halicarnas. lib. 6. sub num. 4. Quicquid est formidabile, id necessitate naturali maxumè est omnibus exosum. Sicque Superbia, absolutæque potestatis abusus, punitur; dum etiam minimum cogitur timere. Perez. fol. 269. & fol. 39. num. 217. & seq. Hincque verè gloriosa, ac viro Principe digna gloriatio fuit Celsissimi Eberhardi, Würtembergiaci Ducis; qui in Principum Germanorum sollemni conventu, hoc uno gloriabitur: Quòd in cujusvis suorum Subditorum gremio, etiam in vastissimâ solitudine somnum capere securus posset. Joachim. Camerar. in vitâ Philip. Melanchth. Mart. Crusius, Annal. part. 3. lib. 7. cap. 14. II. Amor autem ille, cum Veneratione quâdam & timore conjunctus esse debet. Quod dextrè explicavit, Imp. Sigismundus: Qui audiens à quibusdam disputari, num melius esset amari, an timeri, à Subditis? respondit. Quemadmodum Superi, amari & timeri volunt, ita & Reges. Neque enim benè ames, nisi etiam timeas. At in Regibus quoque situm est, ut amentur & timeantur: si ita moderentur Vitam, ut nec Inferioribus sint terrori, nec Superioribus despectui. Æne. Sylvius, 4. comment. in res gestas Alphonsi. III. Fugienda itaque familiaritas, levitatem comitem habens; quæ olim Johannem Albretanum, Navarrae Regem



*Rerumpub. & Princip. inter ipsos Prærogat. 5*

gem pessundedit: histor. de Navarre, fol. 603. & seq. quique eo nomine à suâ uxore acerbè exagitur, ibid. fol. 623. Fugienda compositio familiaris. Kirchner. disput. d. Repub. 20. in coroll. Olus Magn. lib. 13. cap. 34. IV. Amoris illecebra est, non solum universorum, sed & singulorum cura: & ita singulorum ipse percipiat querelas. vid. Just. Lips. in Dissertatiunculâ, ubi de Rudolpho Austriaco. Et Barbarus est modus auctoritatem acquirendi, si Princeps nunquam conspiciatur. Kirchner. disput. d. Republ. 20. §. 2. b. V. Hactenus dictorum consecutaria sunt, (1) quod Princeps non debet supplicia spectare. Ferina rabies est, sanguine ac vulneribus gaudere, & supplicia, nisi dolente & commiserante animo decernere. (2) Vicissim Præmia ipse, non per alium decernere debet. Kirchner. disputat. 19. §. 1. a. (3) Opera cum primis danda; ut Subditi contenti sint statu præsentis, nec Imperii sit pertæsum. Ant. Perez. fol. 155. Subditi enim malè contenti, sunt desperati. Guicciard. in hypomnes. polit. num. 56. Ideoque Justis Populi petitionibus satis faciendum. Perez. fol. 160. aphor. 80. At si fieri nequeat, ut omnes præsentis statu sint contenti; ea tamen pars Civitatis, Rempublicam quæ salva esse cupit, potentior existat, 4. polit. 12. quò & semper Lysander respexit. Æmil. Probus, in vitâ.

9. *Arcana Reipubl. specialia, triplicia Clapmarius facit, 2. cap. 2. ex triplici Imperii Statu. Nos formam Reipubl. commixtam, sua pariter vel maxumè habere Arcana censemus. quod nec Clapmarius alibi diffitetur, 5. cap. ultim. & 6. cap. 19.*

Huc pertinent fines secundarii Rerumpublicarum, de quib. 3. polit. 5. Et sic Oligarchiæ finis Divitiæ sunt; ii que fines minùs principales, præcipuè Statum concernunt.

10. *Arcana Regni quod obvenit Successione, pauciora sunt. Satis enim est, ne Princeps suorum majorum transgrediatur instituta, deinde tempori ad novos rerum casus inserviat: ita ut si Princeps hujusmodi, communi sit, & vulgari saltem præditus in agendo industriâ, semper in Principatu se conservare possit. Nisi enim Extraordinariis & prævalidis vitiis; in odium offen-*

## 6 *Dissertatio Juridico-Politica, De Arcanis*

offensionemq; Populi incurrat, meritò naturali quodam jure à suis diligitur; & in ipsâ vetustate coherentis & continuati Dominatus, omnium mutationum memoria obruta jacet. Nicol. Machiavell. in Principe. cap. 2. & discurs. lib. 3. cap. 5. Hænon. disput. politic. 9. §. 26. 27. & 29. Ant. Perez. fol. 180. num. 124. quamvis major pars Regum, rationem diversam sequi malit; teste eodem Perez. aphorism. de las segundas cartas. num. 5. vid. fol. 153. aphor. 74.

11. *Hinc Princeps talis, Antecessoris Consiliarios mutare, & dimittere non debet.* 3. Reg. 12. Comina. 1. cap. 3. Sereniss. magnæ Britann. Rex, 2. Institut. Regiæ. fol. 69. Job. Gerhardi. decad. 4. quest. 7. *Si quis tamen post Principem invisum, & cujus Imperii pœnitet, Principatum acceperit; aut si veteris Aula Consiliiarii, Populo invisum sunt admodum; is abjectis illis, probos & expertos asciscat.*

Fama defuncti, in Successorio maxumè Imperio est custodienda. Amirato, 17. discors. 7. Et in primis initio cavendum, ne contra consuetudines Patrias, Regniq; Leges delinquat. Habetur enim pro comperto, quòd is qui exordium regiminis sui, à contemptu Legum suscipit, multis ut injuriam faciat, comminetur. Olaus Magnus, hist. Sept. 8. cap. 3. Ad Arcana Successivi Regni refero, quòd Principatus minimè dividendus est: quòdque Successioni certæ debent esse fixæ leges, & quòd pacta fiunt gentilitia, de mutuâ successione; & quidem dum adhuc incertum est, an ille casus unquam sit eventurus. Bodin. de Republ. fol. 1124. & seq. Dn. Præf. tract. d. Success. & Elect. Regiæ, lib. 1. dissert. 14. num. 3.

12. *Vicissim infinita sunt Arcana Regni Novi, seu nuper parti: quorum nonnulla recenset in suo Principe Machiavellus, & Amirato lib. 1. discors. 8. ut & lib. 20. discors. 7. Alia rursus sunt Arcana Regia, sive Arcana Imperii contra Plebem: alia contra Patricios. de quibus Clapmar. 2. cap. 15. & c. & Amirato lib. 13. discors. 8.*

Si Nobilium timentur Factiones, Plebs est tuenda: ut in Regno Neopolitano & Ducatu Mediolanensi fecit Philippus 2. Rex Hispaniarum

*Rerumpub. & Princip. inter ipsos Prærogat. 7*

niarum. At contra Plebis furorem, Imperium firmat Nobilium favor. Nobiles enim ferè, uni Monarchæ favent; ut experientia testatum fecit, in Belgicis Provinciis, cum Rege reconciliatis: teste Mæterano non uno loco. Unde Machiavellus, 2. histor. Florent. fol. 104. de Duce Atheniensium, à Florentinis vocato, loquens: Non aliâ ratione Populum istum, à quo tot injuriis oppressi hæctenus fuerant, subjugari posse constituerunt; quàm si sub unius Principis Imperium mitterentur, à quo virtuti suus honos haberetur, atque contumacia coherceretur. Quo itidem respectu Tacitus de German. Est apud illos (Suiones) & opibus honor, eoque unus imperitat; nullis jam exceptionibus, non precario jure parendi. II. Cavere etiam Principes solent, ne unus præ cæteris nimis fiat magnus. Sicque Ferdinandus Rex Hisp. Consalvum, magnum Capitaneum dictum, sibi Regnoque cavens, depressit. vid. Sepulved. ad Aristot. 3. pol. 9. num. 12. Arcanum Principis adversus ejusmodi magnos ministros habetur, ut ad Matrimonium adigantur: quod incautè Henric. 4. Gall. Rex, in Bironio neglexit. Mercure Francois fol. III. Quidam etiam Principes eam propter causam, Magistratus eligere solebant, qui negotiis pares, non superiores erant. Tacit. 6. Annal. ubi de Poppæo Sabino. III. Arcana Dominatus Bar. Briffonius recenset, tr. d. Regio Persarum Princip.

13. *Iterum singularia sua habent Arcana Ordines, in Regno Electivo. vid. Henning. Arnise. doct. pol. fol. 209. add. Auct. Von der Freystellung / part. 1. fol. 66. b & c. Hucq. referunt, ne ex unâ familiâ sæpius sumantur Reges: c. venerabilem. 34. vers. nam si pro ut olim Fridericus. ext. d. elect. qua Decretalis, in vulgatâ Decretalium compilatione mutilata, integrè ponitur in tr. Sim. Schardii, d. Electorib. c. 4.*

Huc itidem pertinet, quod Curtius lib. 10. inquit: sine certo Regis herede, sine herede Regni, publicas vires ad se quemque tracturum. quod pro Arcano Regio adversus Ordines sumo: Ubi enim successor in incerto est, ibi facilè ad pristinum statum relabitur Resp. ideoque Augustus, Germanicum asciri per adoptionem à Tiberio jussit; ut pluribus munimentis insisteret. Tacitus. §. illud. Inst. d. Ad-

B

option.

#### 4 Dissertatio Juridico-Politica, De Arcanis

option. Immodicus tamen honor successoris destinati, impediendus. Sueton. Tiber. cap. 17.

C.2. 14. Aristocratiam adversus Populum tuetur maxumè, iusta potentia Optimatum; ac si Populus ab injuriâ defenditur, non ei tamen ullum Imperium datur. Adversus unius autem impetum, Aristocratiam tegit concordia & aequalitas. Concordia enim paucorum dominatio, non facile ex sese perit. 5. polit. 6. Videndum etiam, ne magna Imperia, ab unâ familiâ præscribantur. vid. Clapmar. 6. cap. 20. ubi arcana Reipubl. cuiusdam, quæ ocellus est Germania (Noribergam intelligo) recenset.

15. Popularis Status, cui maxumâ prudentiâ gubernationis opus; conservatur contra unum; si nulli uni infinita, & nimia, aut longior potestas in Magistratu detur: Kirchner. disput. d. Republ. 20. §. 4. b. hæc enim Populi indulgentiâ, Cesar ad Monarchiam arripiendam abusus est. Illud itidem sedulo præcavendum, ne uni ex Magistratibus tanta tribuatur potentia, ut consuetas Reip. actiones, sistere aut impedire possit. Machiav. 1. discurs. c. 50. aut ne Populus se adulari sinat.

16. Contra plures tuetur Democratiam; qui contra universos crescere opes & potentiam paucorum non concedit. Quo usu ostracismus Atheniensium, & petalismus aliorum institutus fuit olim. 3. pol. 13. alia habet Clapmar. 2. c. 13. & c.

Hinc Ephesii, cum Civitate expellerent Hermodurum, ita sunt loquuti: Nemo de nobis unquam excellat; sed si quis extiterit, alio loco, & apud alios sit. Cic. Tuscul. 5. II. Democratici etiam cavent, ne omnia & maxima officia, Patriciis & antiquis familiis concedantur: eâ enim ratione Popularia Imperia in Aristocratiam, tractu temporis converti putant. Hinc Argentinae der Ammeister / (cujus major est potestas, quam desß Stettmeisters) non nisi ex Plebeia sumitur familiâ.

17. Unum ferè malum Democratiarum est, libertas immoderata, ac licentia Concionum. hoc uno modo, vetus illa Græcia, quæ quondam opibus, Imperio, gloriâ floruit, periit. Praclarus  
è con-

è contra fuit mos Romanorum; qui nullam vim Concionis esse voluerunt, quæ scisceret plebs, aut quæ populus juberet; sum-  
motâ concione, distributis partibus, tributim & centuriatim de-  
scriptis Ordinibus, auditis auctoribus, remultos dies promulga-  
tâ, & cognitâ, juberi vetariq; voluerunt. Cic. pro Flacco. fo-  
lio mihi 500.

Magnum arcanum est; ut in Democratiâ, nesciat Populus se  
habere omnem potestatem: sed putet Legibus, Magistratui ac Sena-  
tui se esse subjectum. quod Patres olim Romæ studiose efficere stu-  
duerunt.

18. In Statu Mixto arcanum est, vitare ea, quæ ruinam  
hujus Status accelerare queunt: qualia sunt; Ordinum supina  
negligentia, & Reipubl. ignoratio, timiditas, adulatio Superio-  
ris, discordia, commodum privatum, proditio secretorum; in  
ejusmodi Ordinum numerum referre mercenarios, Superiori  
multis nominibus obstrictos, homines viles, &c.

19. Arcana Imperii, ab Imperii Juribus differre, jam su-  
prâ est dictum; & difficultatem non habere videtur hæc res ul-  
lam. Arcana verò Imperii, & arcana Dominationis, confinia  
valde sunt atque conjuncta: ita ut subtilis magis videatur es-  
se hæc distinctio, quàm tractatio politica admittit. vid. Clap-  
mar. 3. cap. 1.

De jure Dominationis loquitur Meleager, apud Curtium,  
lib. 10. cap. 29. Cum Alexandrum monet; Jus Imperii Perdiccæ morte  
fanciendum esse, ne occupetur impotens animus rerum novarum.  
Hinc mort d' Estat.

20. Jura itidem Dominationis, Clapmarius, 4. cap. 2.  
& 3. perperam ad arcana solum Dominationis tuenda, pertine-  
re dicit: cum Jus Dominationis nihil aliud sit, quàm extraor-  
dinaria, & legibus soluta potestas; quâ in omni parte Reip. uti  
potest is, qui Majestatem habet, modo id bono fiat Reipubl. &  
communis salutis causâ.

#### 4 *Dissertatio Juridico-Politica, De Arcanis*

C. 3. 21. *Cavenda hic sunt fœda & Barbaræ rationes, atque scelera Dominationis conservanda & augenda: acut uno verbo hodie loquimur, Consilia Machiavellistica; quæ Princeps, quantum potest vitare debet. Verè ac supra sexum, Livia ad Augustum; oportet te, inquit, nihil facere per injuriam; sed nec omninò facere videri. Nam privatis quidem hominibus, satis est nihil delinquere; Principibus, ne quidem suspectis esse licet.*

22. *Malè ergo ejusmodi Flagitia, juris nomine teguntur. Hinc Tacitus: Nam quæ alii scelera, hic remedia vocat, dum falsis nominibus, severitatem pro severitiâ, parsimoniam pro avaritiâ, supplicia & contumelias vestras, Disciplinam appellat. Hæc qui probant, aut Deum non credunt res curare humanas; aut Principes supra homines esse credunt: contra ac vult Psal. 82. Sapient. 6. Baruch. 3.*

23. *Huc pertinent Arcana domus; qualia in Turciâ sunt perpetua illa parricidia: vid. Sueton. Tiber. cap. 22. item cum Aula non discreta est à Republ. vid. Clapmar. 5. cap. 6. & quæ sunt alia Tyrannorum propria; ut & ea, quæ in Ochlocratia & Laocratia observantur: ubi vis in historicis obvia, & à Politicis notata.*

Subtilium ejusmodi rationum non ignarus fuit Boris, nuper qui in Moscovia imperitavit: qui s'advisa de faire un acte pour ruiner le Peuple, & puis relever de sa perte, à fin d'avoir sa bienveillance, &c. Mercure Francois. fol. 33. Quòd in Moscoviâ, adolescentes tantum legere & scribere discunt, reliquis artium & disciplinarum omnium rudimentis. explosis; hoc Barbaræ dominationi conservandæ, convenientissimum judicat Kirchnerus, disput. d. Rep. 19. hypoth. 1. Hûc pertinet quoque; Otium negotio inani à Plebe arcere, ne novis conatibus studeat. Exod. 1. v. 10. & seq. Successorem malum optare, ut sit magis desideratus antecessor. Sueton. Tiber. cap. 21. Mandare facinus, & mandatum non agnoscere, sed punire. Sueton. Tiber. cap. 22. adde Leidhresseri dissert. polit. 1. cap. 11. ad fin.

24. *Per-*

*Rerumpub. & Princip. inter ipsos Prærogat. II*

24. *Pertinent quoque ad Reipublicæ administrationem Simulachra Imperiorum. Sicut autem Arcana Imperii, pleraque sunt occulta, sed valide artes, quæ opponuntur hominibus seditiosis, qui vè à Reipubl. administratione removentur: ita hæc Simulachra, occulta sunt artes, sed inanes, sed cassæ; & ut Jovius appellat inania jubendi jura: quæ iis indulgentur, qui extra Rempubl. sunt; & quibus aliud agitur, aliud simulatur. Clapmar. 6. cap. 1.*

25. *Porro qui ipsum Imperium habent, haud adeò magni faciunt hæc, quæ speciosa tantum sunt & umbratica; contra qui reipsâ carent, videri malunt, quàm & non esse, & non videri. Clapmar. 4. cap. 1. Hinc Tacitus; apud Romanos, inquit, Jus Imperii valet, inania transmittuntur.*

Hicque præsertim locum tuetur, quod dicitur; in Republicâ gubernandâ, non minùs (atque haut scio an plus) opinionem valere, ac simulationem, quàm rem ipsam. Maximeque in Rerumpublicarum conversionibus, non repentè qui mutationes ejusmodi moliuntur, Rempublicam commutant; indeque etiam pristinæ Leges remanent, sed qui Rempubl. diverterunt dominantur. Aristot. 4. polit. 5. in fin. Machiavell. 1. discurs. cap. 25. II. Ad hæc simulachra pertinent ea omnia, quæ de pristinâ Romanorum Reipubl. fuerunt reliqua in Principatu; & quòd in speciem etiam ea, quæ majora sunt, nonnunquam obtulerunt Populo vel Senatui Principes: ex quibus ideò malè Regnum à Principatu sejungere volunt nonnulli. vid. supra Clafs. 1. disput. 5. §. 14. &c. De Cæsare & Augusto dictum est supra d. disput. 5. §. 6. &c. adde de Augusto, Dionem, lib. 52. & 53. Itidem & ille simulandi artifex Tiberius, cuncta per Consules incipiebat, tanquam vetere Republicâ. Edictum quo Patres in Curiam vocabat, non nisi Tribunitiæ potestatis præscriptione posuit, sub Augusto acceptè: interim Cohortibus ut Imperator Signum dedit; milite in forum, milite in Curiam comitabatur; nec usquam nisi cum in foro loqueretur, cunctabatur. Tacit. 1. annal. ubi Annib. Scotus. f. 18. Dion. lib. 57. Idem in aliis reperitur successoribus; qui tanquam Argi oculati, perspicaciâ, acumine, astutiâ & insidiosis artibus, quas apud Populum

& Senatum, atque apud exercitus etiam, probè exercere sciebant, sub specie juris antiqui; retentis quibusdam Reipubl. liberæ insignibus, dominati sunt. Frater Gabriel Barlietti, suspicion. d. 4. Monarch. & Antichr. cap. 6. fol. 191. usque dum Senatui Consulibusque sua tandem prorsus adempta fuit potestas. vid. Coraf. d. offic. Consul. Sic & Florentinus Principatus sua habet Simulachra. Thesoro politic. 1. fol. 283. §. Qanto & §. seq. II. Notandum verò est omninò, Simulachra probè separanda esse à temperamento salubri, quib. temperatur Monarchiæ impetus, ac ad mixturam propendet, per II. fundamentales. Sic interdum quoque Democratia, Aristocraticis rationib. optimè regitur. Sicut Romana Respubl. cum penes Populum summa rerum esset, interim tamen aristocraticè, per Consulatum & maxumè Senatorium Ordinem administrata fuit. vid. Kirchner. 5. 0. 1. lit. c. Pariter Monarchicus Status, Aristocraticum temperamentum longè saluberrimè suspicit. Ita Regnum Francicum temperamentum Aristocraticum Comitiorum & conventuum, semper habuit. Vicissim Aristocratia ratione Monarchicâ regitur Venetiis, & alibi, ubi probè dijudicandum, an Aristocratia regatur rationibus Monarchicis, an verò Monarchia rationib. Aristocraticis.

C.4. 26. *Nunc tandem curæ Imperantium extrariæ, Conservationisq; Rerumpublicarum à labe externâ considerationem, suscipiemus. Ubi necesse est; ut cum ipsos Vicinos, nonnunquam longius remotos, tum per quos cum illis agendum sit, inspiciamus. Vicini, aut non Hostes, aut Hostes. non Hostes; vel Fœderati, vel Neutrales sunt. Sub Neutralibus comprehendo simpliciter amicos. Sub Fœderatis Auxiliatores: quia ferè nunquam ulla Respubl. alteri auxilium ferre solet, si non sint, vel fiant Fœderate. De quibus omnibus, specialem, & succinctam pro institutione, antequam tractationem instituamus, nonnulla ad hanc rem generatim spectantia, præmittemus.*

27. *Et sanè Princeps vel Senator, non solum ut causas Populi teneat, suamq; ut noscat Rempubl. necessarium est; sed & ipsi perspectum cognitumq; esse debet, quos vicinos aut Socios habeat Respubl. quos amicos, quos Stipendiarios: quâ quisque sit lege,*



*Rerumpubl. & Princip. inter ipsos Prærogat. 13*

*lege, conditione, Fœdere. Cic. 3. de Leg. fol. 460. Et itaque laudabilis est Venetorum consuetudo, à Legatis suis, qui non solum ea explorant, propter quæ præcipuè ab Legatis fuerunt; sed & Regionis, Reipubl. Aula, aliarumq; similium rerum accuratissimam exposcunt relationem. Fürstl. Tischr. 1. c. 10.*

De Germanico ita scribit Tacitus, 2. Annal. Nihil ex iis Cæsari incognitum, consilia, locos, prompta, occulta noverat, astusque hostium in perniciem ipsis vertebat. quibus similia de Eman. Comnenno, Davalo Piscario, & Magno Consalvo, recenset Author der Fürstl. Tischr. lib. 2. c. 14.

28. *Curandum esse Populis, ut pax inter vicinos colatur, rectè Thucyd. ait lib. 4. Sicq; Thracia Rex Poltys, cum tam Greci, quàm Trojani, ipsius expeterent auxilium, respondit; se suadere, ut Helenam redderet Alexander: & à se, pro unâ, duas formosas abduceret uxores. Plutarch. apophth. In Regnis verò quæ nobis sunt formidolosa & suspecta, serendas esse seditiones & discordias, suadet Tacitus 2. Annal. Hocq; nomine apud Gallos malè audiunt Hispani, quòd Ligæ quam Sanctam vocarunt, patrociniûm susceperunt, perpetuumq; esse putatur axioma Hispanorum; suam pacem parare Bello vicinorum. Pierr. Matthieu, hist. de France tom. 1. fol. 4. Itidem & Belgis, vicinorum auxilia, magis prompta reddidit metus, quem Hispani omnibus potentia iniecit. Nam curandum esse ajunt, ne vicini nimis fiant potentes. Amirato lib. 20. discours. 10. Quæ tamen & similia media, non nisi inevitabilis licita reddit necessitas: ubi jure defensionis conceduntur.*

Interdum magis conducit, vicinam Rempubl. relinquere liberam, si ad nutum nostrum vivere cogatur, quàm sub Imperium redigere eandem. quâ ratione Luca relinquitur libera à Florentino; eaque Statui ipsius plus commodi adfert libera, quàm si illi subdita esset. Theforo polit. part. 1. fol. m. 291.

29. *Speçtat hûc Rerumpubl. inter ipsas dignitatis Prærogativa; ex quâ Sessionis præminentem metimur dignitatem, non autem Imperium aestimamus, aut subjectionem. Arnise. 1. de*

14 *Dissertatio Juridico-Politica, De Arcanis*

*de Majestat. 3. num. 1. Et quidem Romanum Imperatorem, Sessionis jure omnibus Christiani orbis Principibus potio- rem esse, docet Arnise. d. c. & vid. class. 1. disput. 2. §. 23.*

30. *Gallorum Regi, cui post Imperatorem (& Regem etiam, Anton. Guetta, consil. 1.) Romanum, Prærogativa semper data fuit; primitus Anno 1558. Sessionis & præcedentiæ nomine, litem movit Hispanus. Bodin. 1. d. Republ. cap. 9. Pierr. Matthieu tom. 1. fol. 40. & c. & singularis est tractatus in les Memoires de la Ligue, tom. 5. fol. 709. qui de Juribus, Privilegiis & præeminentiis Regis Galliarum, pluribus agit. adde Dn. Præsid. tract. de Appell. cap. 4. sect. 4. Cumq; is apud Maxemilianum II. Imperatorem, consanguinitatis & adfinitatis vinculo sibi conjunctum effecisset, ut Caroli IX. Legatis, Principis loci prærogativa, in Aulâ Cesareâ denegaretur, hanc insignem injuriam, ad bellum Hispano movendum sufficere, operosè Regi Gallia persuadere conatus fuit Casparus Colinius. Thuan. lib. 35. & lib. 49. Et certè Regis Gallia argumentorum pondus, ut cunque in contrarium Juridicè & Politicè disputet Vasq. in præfat. quest. illustr. prævalere videtur.*

31. *E contra qui Gallo cedit, Hispano circa Sessionem litem movet Anglus; Pierre Matthieu Histor. 7. section. 12. Et cum Anno 98. Legati Angliæ Regine, Hispaniarumq; Regis, de pace tractare vellent, de hisce carimoniis haut concordēs; non huic negotio dare potuerunt initium. Idem Matthieu, libr. 1. sect. 16. vid. Meteran. fol. 76. lib. 21.*

32. *Solent & Sacerdotes circa ejusmodi honorum aucupia, valdè esse ambitiosi. Archiepiscoporum Romani & Constantino- politani emulationes, de privilegiis Patriarchicis, de jure assidendi & procedendi, Episcoposq; creandi, ex l. ult. C. de Summâ Trinit. l. 16. l. 24. in princ. C. de S. S. Ecclesiis. Novell. 131. cap. 2. non ad eò sunt ignota. Ubi notandum, non Principatum, sed Pri- matum, seu prærogativam in Episcoporum Concilio, vel extra*

Con-

*Rerum pub. & Princip. inter ipsos Prærogat. 15*

*Concilium ante alios residendi, ad Theodosii Magni usque Imperium, tantummodò solum adfectasse Romanos Pontifices. Can. Primæ. Can. Nullus. Can. Ecce, Dist. 99. Can. Legimus. Dist. 93. Estienne Pasquier, 3. de Recherches, cap. 1. fol. 251. Ac si hæc res, ex suis Principiis dijudicetur, Constantinopolitanus obtinebit. Argum. Can. provincie. & Can. seq. d. Dist. 99. add. tot. tit. C. de Privil. Urb. Constant. lib. 11.*

Primus fuit Bonifacius 3. quia Phocæ Imp. magnâ tamen contentione obtinuit primus, ut Romana Sedes, caput diceretur & haberetur ab omnibus, omnium Ecclesiarum. Platina, in vitâ Gregor. I. Sabin. & Bonifacii 3. utque Ecclesiæ Petrinæ, Pontificique Romano, omnes Orbis Ecclesiæ obedirent. Blondus. & voluit Sabinianus Gregorii I. viri undecunque laudatissimi, comburere libros; ut Platina refert: sine dubio, ne ipsius Gregorii auctoritas, contra Principatum Romanum allegeretur.

33. *Non ignorare etiam debemus, Archiepiscopi Colonien- sis, & Abbatis Fuldensis, de Jure Sessionis Anno 1184. in Conventu Moguntinensi, multorum Historicorum penicillo delineatas altercationes. Münster. lib. 3. c. 179.*

34. *Tam nota est quàm notissima, Florentini & Ferrarien- sis Ducum, de eminentiâ & prærogativa concertatio; multorum Jurisprudentum consultationibus, nec non & Historicorum fame & nominis celeberrimi calamis notata. Decian. Consil. 19. vol. 3. Thuan. Histor. lib. 31. 35. 42. & c. Nos exerciti- j gratiâ, pro Argumentis Estensium propugnabimus. Ajunt & Belgicam Rempublicam, prætextu suæ Libertatis omnimodæ, aliis Principibus, Imperatori subjectis, Sessionis controversiam movere.*

35. *Nec solum externi Principes, sed & unius Romano-Ger- manici Imperii membra, sibi invicem hæc de re litem movent. Singulis ferè Comitibus, novarum disputationum, & litium clamoribus Atria & subselli personare: idq; non immeritò alia- rum gentium reprehensionem mereri, notat Zieriz in comment.*

C

de

## 16 *Dissertatio Juridico-Politica, De Arcanis*

*de Princip. prerogativâ. H. 8. fac. 2. Quamvis etiam Hispaniarum Rex, talibus certaminibus absumi & retardari, multos confœderationum contra Turcas ineundarum causâ, in Italiâ institutos conventus, olim conquestus fuerit. Matthi. Wehner. tract. de Metamorph. Rerumpublicar. cap. 7. folio 89.*

De Sessione Electorum, vid. Buxtorfium, in dissert. ad Aur. Bull. l. 40. 41. 84.

36. *Modum de præferentiis Magnatum, seu de Jure præcedentiæ disputandi, Ulpianus noster, carptim & concisè docet; dum Ordinum rationem, vel ex Lege, vel ex dignitate deducit. l. 1. ff. de albo scrib. Ac certè sub Lege consuetudinem comprehendimus. In considerationem pariter & hic venit, antiquitas Principatus vel Reipub. ut & generis vel familia, ac Potentia etiam nonnulla habetur ratio. non itidem insuper habendus est dignitatum & titulorum concursus: & quæ his sunt similia. Quâ de re pluribus agunt, Zieriz tract. singulari. Matthi. Steph. libr. 2. de Jurisd. parte 1. cap. 4. num. 80. Arnold. de Reyger. in Thes. Juris, tit. Præcedentia, & tit. Sessio, Knichen de Sax. non provoc. Jure, ad verba, Ducum, &c. cap. 2. n. 19. Wehner in observ. Pract. §. Sessio. Dauth. de Testam. fol. 7. &c.*

37. *Tandem hîc subnecto: quòd per contrarios actus, patientiamq; familiarem, nihil huic derogatur Prælationi. Decian. consil. 7. vol. 3. num. 69. &c. Nec enim Urbanitas & Modestiae obligationem inducunt. argum. l. operis. 31. ff. d. oper. libert. Menoch. consil. 51. vol. 1.*

Sed an hæc Prærogativa est tanti, ut ejus causâ tot graves controversiæ debeant moveri? ita sentit Pierre Matthieu. tom. 1. fol. 39. II. Hic etiam tractari posset de Cerimoniis, quas Vicini, vel extranei Principes inter se servant. Sic receptum est, ut in Principum Conventibus, primus se sistat in loco major, ut monstret alios venire ad eum. Matthieu. 1. fol. 39. Fürstliche Tischreden / lib. 2. cap. 31.

Corol-

## Corollaria ex libro 37. 38. 39. &amp; 40.

ff. petita.

I.

**B**ONORUM Possessiones, non solum hodiè utiliter peti possunt; sed & in multis casibus, necessariae esse videntur. Oldendorp. clas. 5. act. 6. Grassus, §. Bonorum possessio. quæst. 5.

I I.

Bonorum possessio, hodiè decretum non requirit. Arumæ. disput. ad Leges præcipuas. 19. §. 3.

I I I.

Bonorum possessio non est alia edictalis, alia decretalis. vid. Donell. 7. comment. 14. Fachine. 5. controvers. 73.

I V.

Collationi inter ascendentes non est locus, Arumæ. d. disput. 19. §. 5.

V.

Donatio simplex, ab emancipato non est conferenda. Arumæ. d. disput. §. 6.

V I.

Affines per se, ratione affinitatis in nullo sunt gradu: sed marito cognationis aliquo modo in gradibus collocantur. Pacius 6. évav. 71.

V I I.

Nepotes sive soli reperiantur, sive cum primis liberis concurrant, semper jure repræsentationis in stirpes succedunt: etiamsi ex statuto vel fideicommissio, proximiori hereditas deferatur, vid. Hackelman. illustr. disput. 18. §. 2. & 3.

V I I I.

Filius allodii hereditate onerosâ repudiâtâ, Feudum retinere nequit; etiamsi ex pacto & providentiâ foret. Hartman. Pistor. part. 2. quæst. 2. Vultej. d. Feud. cap. 9, num. 114.

C 2

9 Duo.

## I X.

Duorum vel plurium fratrum filii, si soli sint, in capita succedunt. Donell. 9. com. 4. Hotom. quæst. illustr. 14. Thesaurus, decis. 162. Fachine. 2. cap. 3. Ant. Faber, disput. sing. junctâ ejusd. tractatui de variis nummariorum debitorum solution.

## X.

Fratres consanguinei in bonis Paternis, uterini in Maternis; in reliquis aliunde quæsitis, æqualiter succedunt. Cujac. ad Novell. 84. Donell. 9. com. 4. Val. Forster. d. Success. 8. cap. 8. num. 2. & 4. & vide contraria hâc de quæstione consilia, in Consiliis Altorfinis,

## X I.

Impunè sperni Nunciatio novi operis potest, si notorium sit, nunciatorem jus nuntiandi non habere. contra Cujac. 9. observ. 17. cum communi. Gail. 1. observ. 16. num. 4.

## X I I.

Vetus ædificium reficienti, opus novum nuntiari nequit: nisi refectione, novâ rei facies inducatur. Duar. d. oper. novi nunt, cap. 2.

## X I I I.

Donatio non bonæ fidei, sed stricti juris est, Pacius, centur. 6. quæst. 80.

## X I V.

Donationem omnium bonorum validam esse putamus, Vaud. 1. quæst. 31. Coraf. 6. miscell. 17.

## X V.

Filiusfamiliâs consensu Patris, mortis causâ donare, non verò testari potest. Arumæ, disput. 19. θ. 12.

## X V I.

Ii, qui Jus Aureorum annulorum impetrârunt, jura consequuntur ingenuitatis. Pacius, 6. quæst. 86.

F I N I S.

Quaestiones speciatim in hoc volumine  
eventilatas.

**A**estimatio rei ex equalitate & tractu parte dicitur, et post mortem remota a  
quo tempore pseth. disp. 3. th. 1.  
Actio ex stipulatione pro loci et temporis adiectionem fiat arbitraria. disp. 3.  
th. 9.

Adversaria an iure civili licita. disp. 32. coroll. 2.

Actio rerum amotarum contra heredes in solidum dicitur. disp. 42. coroll. 3.

**C**onsensus Parentum an iure Canonico ad liberorum matrimonia  
sit necessarius. disp. 2. th. 1.

Confessione rei propria, et homicidia se commisso ex parte iudicium facta an  
sit iudicium criminis illius ad sortitorem sufficiens. disp. 2. th. 7.

Civitates liberae impij an iura Superioritatis sibi iure vendicent.  
disp. 2. coroll. 2. disp. 20. coroll. 1.

An habeant sessionem et votum in Comitibus. disp. 20. coroll. 2.

Creditum in refectionem navis, vel alterius rei gratia, an in generum  
creditorum in navis, vel alia re habeat tacitam hypothecam cum  
privilegio, an tunc singulare privilegium Praetoris. disp. 34. cor. 1.

**D**ub an possint eandem rem in solidum possidere. disp. 3. f. 6.

**E**lectores an a vi Imperatore, novum Romanorum Regem  
eligere possint. disp. 3. th. 12.

**F**ur si raptus laqueus et patibulum interram in columnis caelat, an iste  
iura suspendat. disp. 2. th. 12.

**F**idelis auctum manifeste impijs & trahebendum. disp. 2. th. 15.

Fili legitimam hinc an g. l. Falcidia, vel sc. Trebelliano quarta  
titulere possit. disp. 3. th. 5.

Gradus an edum ius civile, an v. Canonium computandi b.  
disp. 32. coroll. a.

Heredes si qua rem alienam in Patris hereditate inventam  
titulo pro herede usurape possit. disp. 3. th. 2. disp. 34. cor. 2.  
Hispanorum in Iudis Impium an ius tum fil. disp. 31. coroll.

Iudex an rem criminis absq. probabilibus et p. similibus indicijis  
spectati criminis ad torturam abire possit. disp. 2. th. 5.

Iudex, aliquem criminis rem prehendi, et in carcerem gaudi in  
bens, qua actioe g. n. d. disp. 2. th. 6.

Ius au. rescendi an in omni g. iurisdictione p. bali, reali, et i. p. r.  
locu heat. disp. 3. th. 4.

Interdictum retinendo possessionis an cum petitione cumulari  
possit. disp. 3. th. 1.

Iudicia g. i. i. an sunt bona fidi, opposita doli mali  
exceptione. disp. 3. th. 8.

Iurisdictionis nun in dubio quoad g. tatem communicative, an v.  
privative g. s. a. disp. 3. th. 11.

Imperator an ante coronationem d. bonis Impij feudu alicui g. tate  
possit. disp. 3. th. 13.





Laminis an cernis quaedam p[ro]vincta inuentis, scopis et baculis  
insiditese, p[er] angustum foramen volitent, et sic loco ad locum  
p[er] multa milliana transferant. disp. 2. th. 11.

l. inter causas. 26. § sed cum se regi, et l. si mandatum.

45. §. quod mihi debebas. ff. mandati. l. eto et applico.  
disp. 42. coroll. 2.

M.  
Matrimonium an sit gratis. disp. 2. th. 2.

Magistratus an veniat cives suos quotannis separatim pro  
gare, num quendam dicitur admisisse sciant. disp. 2.

th. 3.

§. si quempiam certum crimen admisisse cognovit, an nullo  
existente accusatore gratia reu[er]tatur. Specialem inquisitionem  
adornare possit. disp. 2. th. 4.

X.  
Novella 99. ad ad correos debendi simplicitate, acceptos p[er]  
lineas. disp. 42. coroll. 1.

Q.  
Princeps Imperij an eandem deant potestatem in territorio suo,  
quam Imperator habet in toto Romano Imperio. disp. 7. coroll. 1.  
Pontifex Romanus an deat potestatem dandi feudum absolute  
legitimum. disp. 22. coroll. 5.

R.  
Repressalis an iure sint licite. l. disp. 3. th. 10.

5.  
Studiosus q̄s in casis criminalibus fuit competens fil. disp. 6. par.  
Sanguis largiter ex cadavere occisi, in presentia eius q̄ tho.  
micidio suspectus est, promonans, an sit sufficiens ad torturam  
signum. disp. 2. th. 9.

Sapienter iudicium probabile an sit, si femina et magis suspecta  
in frigidam aquam immersa o submersa, secundum superficiem  
quae arseis vel anatis more suppetet. disp. 2. th. 10.

Salvus in feudali fundo repositum ptineant ad feudum  
tam directum, an v. ad vasallum. disp. 2. th. 13.

Harum nomine an fisco commodum foris Regalis postulantur.  
th. 24.

Suntq̄ in filium studium causa facti an in distributione patris  
hereditatis in collationem veniant. disp. 16. Coroll. 2.

Studiosorum privilegii an omnes gaudeant. Magnifico Decano  
nomina sua et professi. disp. 22. Parergo.

Sevantes an longo tempore prescribantur. disp. 39. Coroll. 2.

Tertis iudicium an pbeat sufficiens ad torturam iudicium.  
disp. 2. th. 8.

Testamentum in quantum p̄sentione liberarum annullatur.  
disp. 3. th. 3.

Transactio an et Parricidio fieri possit. disp. 42. Coroll. 4.

venio metallico in fundo feudali repte, cum ptineant  
ad totum feudi directum, an v. ad vasallum. disp. 2. 13.  
Haec nomme an fisco commodum Junis Regalis p. 12.  
th. 14.  
v. f. m. s. u. n. a. n. y. an i. y. Junis g. r. a. n. e. o. c. e. s. t. r. e. p. o. s. s. i. s. d. i. s. p. 3.  
3. coroll. 4.

---

01 A 6525

ULB Halle


3

002 935 813



12

1007



*Ju*





C. 44

RIDICAM

onem,

RERVM  
PRINCIPUM

DIGNITA-

â: VMD 210

D E

OPHO.

O, IC. ET  
UBINGENSI

ORE;

*Prestantissimis*

S, I O P A T I O

JULII,

*ponit*

ues Holfatus.

opert

hanc

co

*iligit, ac Bonos omnes  
desiderat.*

XIV.